

*Kundmachung des Nicolaus de Cusa, decretorum doctor und Dekan von St. Florin, und des Wilhelmus de Weghe, legum doctor und Dekan von St. Kastor in Koblenz, im Streit der Pfarrektoren und Karmeliter von Boppard.*

*Kop. (1694): TRIER, Stadtbibl., Hs. 1694/328 (Kopien von Or.-Urkunden über das Karmeliterkloster zu Boppard) p. 107–112.*

*Erw.: Keuffer–Kentenich VIII 176.*

*Im Streit der Pfarrektoren von Boppard gegen Brüder, Prior und Konvent der Karmeliter ebendort um die Auslegung eines seinerzeit durch Erzbischof Kuno von Trier verfügten Vergleichs super iure funeralium et quarta legatorum<sup>2)</sup> treffen sie als von beiden Seiten erbetene gütliche Schiedsrichter nachfolgende Entscheidung über die Auslegung:*

5 Imprimis itaque, quia compositio in ea parte: ‘Item quod nunc inantea funera apud monasterium dictorum fratrum sepelienda’, indubie intelligitur — affirmantibus eapropter rectoribus parochialis ecclesiae de quibuscunque sepeliendis corporibus, etiamsi in vita in eorum parochia non habitaverint aut sacramenta receperint, sibi debere funeralia et quartam legatorum, fratribus in contrarium allegantibus, quia, cuius curam in vita non habuerunt, ex eius sepultura nihil vendicabunt —, nobis  
10 in hac parte iuri consonum videtur, ut fratres de sepultis apud eos tantum teneantur ad funeralia et quartam proprio plebano, a quo, dum vixerunt, sacramenta receperunt ecclesiastica.

Item quia cavetur in compositione, quod fratres de oblat ionibus exequiarum primae diei tenentur ad quartam, sed de septimo, tricesimo et anniversario nihil solvere tenebuntur, et ex hoc dubitatio orta est, quoniam hanc partem rectores intelligunt de oblationibus tantum et non de anniversario et eapropter  
15 legato, fratribus autem contraria dicentibus, scilicet quia in compositione cavetur pro anniversario nihil solvi debere, et etiam quoniam quae ad certum onus legata eis sunt et ad id peragendum et perficiendum, quarta detrahi non potest, si intentio expleri debeat: videtur nobis iuris aequitate suadente fratres de omnibus legatis etiam ad qualemcunque usum aut onus, etiam pro missis dicendis, teneri de quarta, scripto iuri nos conformantes.

20 Item quia cavetur, quod de legatis donatis vel relictis de funeralibus in monasterio sepeliendis quartam dare tenentur, dubium exortum est, quod de donatis biennio aut triennio ante mortem etiam, ut fraternitati eorum adscribantur vel eorum orationibus committantur nec exprimunt electionem sepulturae, an teneantur, si ibi sepeliantur, et quid, si post mortem sepulti haeredes aliquod, de quo non fuit cautum aut ordinatum in testamento, donent aut ordinent, an teneantur ad quartam, ut supra  
25 in primo casu, ex quo praesumitur sepulturae causa donasse, quod apparet ex effectu, ex quo, etiamsi effectus non sequeretur et intentio fuisset donandi sepulturae causa, iura volunt fratres teneri: aequum iudicamus fratres teneri, ut tollatur fraus, nisi in mortis articulo fateatur se pure tunc absque inductione donasse absque causa electionis sepulturae; quo casu, quia tollitur per hoc praesumptio, non tenentur. Alias praesumitur, ne fraus locum capiat. Similiter in donatis post sepulturam aequum iudicamus dari quartam, quia ex fidei commissione aut sepulturae causa datum praesumitur, nisi contra-  
30 rium donans affirmat coram rectoribus, scilicet se pure in remedium animae defuncti sui et suorum, non ex fidei commisso aut propter sepulturam donasse.

Item quod ulterius cavetur, quod de funeralibus et quibuscunque legatis fratres ad quartam tenentur, exceptis fratribus quibus a parentibus proximioribus aliquod legatur, sed si legatum fuerit  
35 unius marcae aut infra, tunc non, si supra, tunc sic, hanc partem fratres intelligunt nunquam de legatis ad quartam teneri, nisi excedant marcam, et si a proximioribus qualemcunque etiam foret legatum, tunc in nullo, rectoribus aliter intelligentibus, scilicet quod de omni legato tenentur, sed a proximioribus, non nisi marcam expresserit: nobis aequum visum est, ex quo fratres, si compositio non intervenisset, de omnibus, qualitercunque et quomodocunque etiam a proximioribus legatis de iure  
40 ad quartam obligarentur, favorem et rigorem mixtura rationabili pensandos scilicet fratris, teneri ad quartam de legatis, quae se extendunt ultra marcam, etiamsi a proximioribus consanguineis legata forent, ne fraus locum capiat quovis modo.

*Die vorstehenden Auslegungen werden durch Simon Dorolff, Propst, und Iohannes Fluck, Kanoniker der Kirche St. Severus zu Boppard, namens ihrer Konkapitularen und durch die Brüder Petrus Rendell, Prior, und  
45 Iohannes Körner, Subprior des Bopparder Karmeliterhauses, namens ihres Konventes und ihrer Nachfolger angenommen und ihre Einhaltung versprochen. Ankündigung der Siegel beider Schiedsrichter und beider Parteien. Vermerk über die Herstellung des Originals durch Bertoldus Wero de Aldendorff notarius.*

<sup>1)</sup> *Nach der Vorbemerkung p. 107 aus dem Jahre 1369.*

**1432 Februar 29, Basel.**

**Nr. 102**

*Konzilsprotokoll.*<sup>1)</sup> *NvK als Orator Ulrichs von Manderscheid.*

*Kop. (wenig später): PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 (künftig: P) f. 5<sup>rv</sup> (nach dem Protokoll des Konzilsnotars Brunet); ROM, Bibl. Vat., Reg. 1017 (künftig: R) f. 99<sup>v</sup>-100<sup>r</sup> (nach einer Zusammenstellung des Konzilsnotars Chesnelot (?); vgl. RTA X S. LXVI mit Erörterung der Abhängigkeit vom Protokoll Brunets). Zu den Hss. vgl. CB II S. IX-XXI und RTA X S. LV-LXX.*

*Druck: CB II 44-48.*

*Erw.: Vansteenberghe 53 (verwirrt) und 56; Meuthen, Trierer Schisma 106.*

*P:* Die veneris ultima februarii in congregacione generali tenta in loco consueto, postquam ambassiatores domini electi Treuerensis requisivissent dilacionem prestandi iuramentum solitum concilio usque ad adventum nunciorum dominorum archiepiscoporum Coloniensis et Maguntini, nichilominus inductione facta super requesta eorum prestiterunt iuramentum solitum et incorporati sunt concilio.

*R:* Die veneris ultima mensis februarii in congregacione generali . . . , postquam nuncii et oratores domini Virici de Venderchert electi Treuerensis requisivissent dilacionem de se incorporando sacro concilio et iuramento in talibus consueto prestando saltem ad adventum nunciorum dominorum archiepiscoporum Coloniensis et Maguntini, nichilominus tamen, habita aliqua deliberacione inter dominos de concilio super dicta requesta, ipsi nuncii dicti electi, videlicet dominus abbas sancti Mathie extra muros Treuerenses, magistri Nycolaus de Cusa decanus Confluentia et Helbicus de Bopardia decanus Wesaliensis, mediis iuramentis solitis recepti et incorporati sunt.

*Es folgt die Verlesung verschiedener an das Konzil gerichteter Briefe.*

Deinde . . . domini ambassiatores prefati domini Treuerensis habuerunt audienciam, supplicantes concilio, ut super controversia incoata inter dominum Spirensem translatum et electum Treuerensem pro pacificacione et concordia vellent laborare; et fuit conclusum, quod tam super eorum requesta quam eciam requesta facta per officialem Basiliensem alterum promotorum nomine domini translati, quod domini de deputacione pacis avisarent de modo, et eciam quod scriberetur domino Spirensi, quod veniret et audiretur, et medio tempore processus iam ad instanciam domini Spirensis fulminati cessarent, quousque aliter foret ordinatum.

Quibus lectis nuncii et oratores dicti domini electi Treuerensis audienciam habuerunt et finaliter supplicarunt sacro concilio, ut super controversia orta inter ipsum dominum electum et dominum episcopum Spirensem translatum ad ipsam ecclesiam Treuerensem pro pacificacione et concordia concilium dignaretur operam dare. Super quo placuit, quod domini de deputacione pacis avisarent de modo concordie et scriberetur dicto domino translato, quod veniret ad concilium et audiretur; et quod medio tempore processus iam ad instanciam ipsius domini translati fulminati suspenderentur, quousque aliter cum concilio esset ordinatum.

*Es folgt die Zuweisung zahlreicher Konzilsväter an die vier Konzilsdeputationen.*

Pro fide . . . dominus N. de Kosa decanus Confluentie . . .

In deputacione fidei . . . dominus Nycolaus de Cusa decanus Confluentie . . .

3 Treuerensis *verbessert aus* Traiectensis P 12 Cusa *verbessert aus* Cosa R.

<sup>1)</sup> *Die Kontroverse um die Protokollführung auf dem Basler Konzil und den Charakter der überlieferten Protokolle (vgl. u.a. CB II S. VII-XXI; RTA X S. LV-LXX; CB VII S. IX-XXV und LV-LXIII; CB VI S. XXX-XL) hat ergeben, daß das "Konzilsprotokoll" aus den Protokollen der einzelnen Konzilsnotare besteht. In diesem Sinne ist "Konzilsprotokoll" hier und im folgenden zu verstehen.*